

ARBOGASTI STSB GLARONESII ORA/
 tiones duæ quas dum in humanis fuit habuit: de/
 inde non nulla mortuo ab doctis uiris eulo/
 gia / Epitaphiaq; pie posita.

Carmen item de morte per loach. Vadianū.

Lectori pauxillum.

Si potis es functis fato depositere uitam/
 Lector legas libellus iste quæ tenet.
 Sin minus & liuor rabido præcordia mordet/
 Virtutis has laudes malignius ferens/
 Prorsus abi: nec te moueant quæ diuite uæna
 Scripsere docti quos pudet maledicere.

**EMPTOR EME ET
 DELECTABERIS.**

Ioachimi Vadiani Philosophi & Poetæ Carmen. 2
Quo mortis quem Pamphagum nominat:
cum eo certatio est: tam locosum q̄
frugiferum.



Heus tu: quo tendis tam turbidus ore cruento! Vad. M
Quid molire malit: Pamphage cæce / rapax!
Quidq; fames tam dira potest: quid saeva nocendi
Qua toto insanis orbe libido iuuat:
I Cōmune malum: uitæq; Mephitica pestis:
Transfer & ni Gyaras te malefana lues.
Vnde tibi sandi data mecum tanta potestas: Mors:
Quem nosti nulla succubuisse fuga.
Quid ue sibi furor is: quid uult: quem prouocat ira:
Men uelis: Hui promptū est: percute si potis es:

Stringe ensem propera huc: mihi sunt exercita bello

Tela quibus nisi sis cautor, ipse cades.

Stulte putas mortem posse unq̄ morte perire?

Men libeat sœua me rapuisse manus?

Te si fata uolent: si luppiter annuat ingens,

Te fundam cede huc percutere si potis es.

Vad. Nulla mihi tecum mens est luctarier armis:

Vincerer. hoc actū est: Omnia tu subigis:

Sed si uerba uoles. M. Quid ni: cōtendere uerbis

(Quāquam nō soleam) nūc tamen Hercle uolo.

Cede huc. V. Nolo eqdē. M. cede inq̄ V. desine nolo

Cur non me metuis? Fallere nō soleo:

Mors Vad. Hoc credat qui nescit: abi: M. per numina iuro

Cælicolum tutum te incolumēq; sinam.

Vad. Pone prius crudo putentem sanguine falcem:

Pone arcum atq; uncos/ pilaq; cum laqueis.

Excipis incautos fallax quandoq;: doloq;

Præludis tandem uiscera uiua necas.

Nil tibi surripiā: ualeant hæc arma: cadantq;

Infami passim tintæa cruore uirum.

Mors Vad. Ecce iubet: magnæq; leuat sua numina mortis:

Imperio cuius (quicquid in orbe) subest.

O si Parca uelit: rigidus si posceret ordo:

Sed sileo: Serie te quoq; fata notant.

Propterea iam nunc restat tua iussa capessam

Et uideam quorsum te furor iste uocet?

En mea proiicio quæ tu tam suspicis arma:

Palloris causas mœsticiæq; refer.

Vad. Non doleam: faciem nec agat mihi discolor ira:

Non madeant uæ per lachrymasq; genæ:

Pullaqe micerentem non uestimenta decebunt?
Et fletu insomni ducere nocte dies?
Dum tua cruda manus satis agitata malignis
Quæ sacra est Phœbo Pympliadūqe choro/
Non maturata potuit prosternere salce
Quem souit casto dia Minerua sinu.
Pegaso cuius undabant labra liquore?
Cui uoluit Daphne cingere fronde caput?
Cana fides cordi: probitas cui fasqe piumqe:
Humani mores uitaqe mitis erat.

- Et quod cōuexo Phœbe complectitur orbe
Rimatus/ nouit infima cum superis.
M: Quis nā ille est? V. Nescis? M. dic nomē & ide reuisā
Qui sit functoqe flebilis ordo sibi.
V. Arbogastus erat nulli nō cognitus. M. Ille:
Iam uideo: haud dudū lumina clausit. V. ita est.
M. Augusto num mense obiit? num labilis ætas
Tum Climaæteron contigit ipsa suum?
V. Verum est: quinque fuit lustris & tercius annus
Voluebat sextum. M. Singula nota mihi.
V: Qui scis? M. Hui quæris: quāprimū natus in auras
Exiit hæc nobis Atropos explicuit.
At quia nō mensus numerus mihi deuius error
Obrepit: immemorem maxima turba facit.
Hinc est quod rursum iubeor cum uenerit hora/
Iniuissus nunque læsero uel minimū.
V. Deiicis insontes: fonteç iniuissus ubique
Quod si non esset: ipse forem Athanatos.
M. Falleris o Vadiane mea hæc te rite tabella
Signat: & ad sortem Iuppiter ipse uocat.

Cuius ego a pedibus factus gnauiusq; minister

(Sed fateor satis hoc triste ministerium)

In tenebras: suruamq; Stygem quos iusserit ante

Parcaq;: contrudo præcipitoq; celer.

V. Carnificem te porro facis Iouis? M. Hoccine iustū?

Nūc abeo: uidelis pessime quid facias.

V. Arma sinas / uerbis tantū certatio nostra est:

Non uenit ad pugnas dextera nuda tuas.

Sunt mihi quinq; domi fratres: ternæq; sorores,

Viuuit & (ut credo) sanus uterq; parens.

Dic quotus ipse siem: miseræ q; stamina uitæ

Longa uelit fati conscientia Parca mei?

M. Non dicam. V. Primus moriar: seu forte secūdus?

M. Proximus a primo nempe secūdus erit.

V. Hoc ignorabam. M. Derides:arma resumo

Nil dicam: uerat hoc Parca: Nec id memini.

V. Prospice quod libro est: sodes. M. Vin sata recludi?

Atq; arcana deum: Stlembe facesse: Nephias.

V. Nonne foret melius tua si quis noscere tela

Posset & incertæ consuluisse neci?

Quam misero passim labi tot corpora casu:

Dum loquiū ualidus decidit & moritur,

Proh diuīq; hominīq; fidē. M. qd garrule clamas?

Quam primū in lucem nascere disce mori.

Quid certū est: anne hora tibi: seu quid minus hora

V. Ah nihil. M. En igiū prospice: disce mori.

Nascitur ut moriatur homo: uitamq; satiger

Mortalem: superū tum rediuius agat.

Est uirtus tam grata deis q; luppiter orbi

Hanc hominem dicunt reddere posse deum.

Hanc ut coepit uolūt hanimo cōlectere sanctam;
Sic ego uita tibi munere mortis ero.
Vidi hoc Vadiane mihi per numina crede
Dum uigilem truncō spiritus astra petit.
At tardū ignauūq; mea hac dum cuspide sternit
Illico demigrat spiritus in tenebras.
Et facinus quantū est: tantū demergitur horco:
Suppliciumq; luunt crimina quæq; suum.
Sed quem quisq; locum coelis & perpeti regno
Occupet: incertum. Noscere nō licuit:

- V. A pedibus Louis es: ut dixti & limina nondū
Stelligeri noscis ingredetis ue poli.
- M. Sunt hæc nota quidem: statioq; hic proxima nobis
Linquitur: unde louis fortia iussa feram.
Attamen ingressum prohibent mihi numina. Cū sit
Immunis coeli machina tota necis:
Pallor abest illis: senium: fastidia: morbi:
Curaq; disruciens: error & omnis abest.
Rimarumq; micat fissuris undiq; soles.
Harmonicū resonant atria dia melos.
Est aliud multo terris: quibus omnia mceror
Implicitat: & miscet gaudia rapta dolor.
Hic mihi per fragiles artus sine fine potestas
Est data: Si magna hæc machina sine caret.
Hic ubi sata simul nictant tetricæq; sorores:
Ptouehor in iuuenes horridus incq; senes:
V. Paphage proh nimiū es saeuus: qbus optima cura:
Quos uixisse diu Phœbus Apollo uelit.
Dic: nos qui doceat uitæ componere normas:
M. Hem: Sapiens, V. Cui tu trux truculéte nimis: